



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Annvs Diervm Memorabilivm Societatis Iesv. Sive
Commentarius quotidianae virtutis, notabilem vnius, vel
plurium in Societate vitâ functorum, virtute quapiam
insignium memoriam in menses diesque ...**

Nádasi, János

Antverpiae, 1665

XIV. Die Martii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9625

Martij.

eminebat. Triennio toto è ferreis catenulis contextum, vt sic dicam cili-
cium, illi pectus, & latera quã punge-
bat, quã lacerabat, quippe arctè ad-
strictum. Ad nocturnam quietem ves-
tibus non detractis, rudi se sacco
inuoluebat. Aegrè quidem, at obe-
dientiæ amore tandem illi tertio ex-
tremi morbi die persuasum est, vt fer-
ream illam seu loriam voces seu cili-
cium, exueret. Verùm aded illud sese
in carnem penetraræ vt ferreis, alijs-
que adiumentis fuerit opus ad illud

conuellendum. Pridie dixit, se postri-
die moriturum. Ad exequias Religiosi
omnes qui Morycæ fuere conuenerunt,
cum conferta vi multitudinis, ad con-
spectum elati cadaueris lacrymaræ;
cuius mansuetudo & pietas per ipsam
decennium illius abundè spectata erat.
Cadauer ne direptis vestibus planè
nudaretur in sacrarium debuit depor-
tari. Laus eius è concionatorum ore
per pulpita late audita: & fama fuit,
Deum eius nomine imploratam opem
non vni præstitisse.

XIV. DIE MARTII.

P. ANTONIVS
LOPEZ.

tus est Granatæ, hac etiam supremã
laude ornatus, quòd per iter quoque
in examinis particularis accuratiõne,
ad finem vsque constans perstitisset.

P. VALERIVS
REGINALDVVS.

Humili loco rusticanis ortus nata-
libus, ingenio tamen, & virtute
illos nobilitauit. Post Philosophiæ
cursum laudatè planè quater, aut
quinquies docendo emensum, Theo-
giam moralem plusquam 20. annis
docuit, celebritate ordinariam super-
gressa; cum tamen ille vnicus timeret
ne à libris quos edidit, Societas ali-
quid obscurioris notæ acciperet. Suas
laudes declinabat seridè: & moriens
nescio cui, aliquid quod in eius lau-
dem vergebat dicenti, dixit, ne se his
mulcerent: nec viuum se laudari vel-
le, nec mortuum: id vnum se petere,
vt laudum loco, lacrymas à Deo sibi
flagitarent, & impetrarent, quibus
peccata sua elueret. Se de post factates
assumptum: eoq; omni loco, & hono-
re indignum. Torum extremi morbi

Burgundus
Dolz. 4.
Mar. 615.
ætat. 80.
Soc. 50.

Humilitas.

S 2 tempus

Præstans illi ingenium, & virtus
ingenio nihil minor. Accium (vul-
go Guadix) profectus, vt sacerdo-
tio initiaretur, posteaquam hoc die
feliciter est inauguratus, Granatam
redux ad aquas candidas cum 4. alijs
Religiosis, à Morfies grassatoribus,
seu Mauriscis concisus & internectus
est. E sacris, quas abstulerant vestibus
postea agniti grassatores cum se inter
suos iactarent, tenti, & supplicio affe-
cti sunt, falsi primùm, ea ex quibus
manifesta est coniectura eos ad illam
innocentium cædem non tam luci
amore, quàm odio Christianæ Reli-
gionis permotos. Adeoque ille primo
Sacerdotij sui die diem vitæ supre-
mum inuenit. Cadauera vulneribus
fœda non poterant aliud ab alio in-
ternosci. Antonius tamen noster ex
eo est agnitus, quòd penes illum re-
pertæ sint examinis quod particulare
vocamus, tabellæ. seu libellus cum
notis; quo signo quòd ex Societate ef-
set facili argumento paruit: & condi-

Hispanus
Occisus in
Hisp. 1579.
ætat. 26.
Soc. 6.

Fides.

Examen
physic.

coeus
uaci. 11.
1 ar. 1633.
tat. 55.
oc. 30.
idit.

Fortuna.

Græcus. 11.
Mar. Martij
in Sicilia.
648.
ætat. 53.
oc. 34.

tempus partitè audiendæ patientis Christi historiæ impendit; cui dedicabat si quo posset se laxamento priuare, vt flosculis qui offerebantur. Cum valeret; ad portam vocatus non prius ad conclauē redibat quàm Christo in Eucharistia salutato; ita decere dicens, vt seruus iniussu Domini sui nihil faciat. Magna de illo apud Religiosos, aliosque bonitatis opinio fuit; & verò habuit nescio quid efficacitatis eius & vita, & oratio ad homines permouendos.

Euch.

P. VIRGILIUS CEPARIUS.

Zealus Ro-
mæ. 14. Mar.
1631.

Cum Rector esset Florentiæ, fuit Confessarius Beatæ Mariæ Magdalensæ de Pazzis Carmelitanae, quæ de illo Patres domi in exhortatione pro more alloquente absens in cœnobio dixit cuidam Sanctimoniali Nouitiæ: Quid putas quod nunc faciat P. Rector? Illâ verò dicente; illum fortè orare; adiecit. Non orat; sed loquitur Patribus de tali argumento (& dixit exhortationis materiam) & Spiritus Sanctus illi format in ore singula verba quæ profert. Postridie interrogatus Rector id quod erat respondit; & collatis temporibus deprehensum est Magdalenam vera dixisse. B. Aloysij, & postea Ioannis Berchmanni vitam scripsit, magno planè operæ pretio. Fuit in officio suo diligens, in guber-

Exhortatio.

Spiritus S.

mandis animabus peritus, virtute solidæ tam in se quàm in alijs pericite ac flagranter prouehendæ magnoperè addictus. Etiam tenerior pietas in eo fuit eximia, cuius præclaros igniculos legi in manus. quodam illius libello quem ille *exercitium quotidianum* vocat. Sunt in illo nobiles, ac solidi, & selecti contritionis, fidei, spei, & charitatis actus, quos ipse meditatè concepit; & adnotauit. Sunt in illo pro die mortis, & de cultu Angelorum, atque Sanctorum pulchra non pauca. Cum Recineti anno 1584. viginti annos tunc natus humaniores disciplinas traderet iuuenturi, singulari erga sanctas in cælo Virgines pietate accensus, illas per modum aspirationum, seu Litaniarum; in menses annumque digessit, quotquot è Martyrologio vel aliunde nanciscipotuit, vt illarum opem imploraret; sanctis mulieribus etiam postea in catalogum relatis. Ibidem post egregias pro sacri apparatione industrias, præscribit sibi coronam B.V. quotidie post prandium recitandam: & varias corollas minores ad Sanctos ac Sanctas. Tum Litanias Lauretanæ, de SS. Sacramento, hymnos Eucharisticos. *Veni S. Spiritus, & emitte calitum* &c quam Profam Roberti Regis Galliæ esse ait. Et plura similia ad Spiritum Sanctum, cum Iubilo S. Bernardi, planctu B. Virginis, ac Petri Damiani hymno de gloria paradisi. quæ omnia ille ad suos vsus, & suauia priuatæ suæ pietatis incitamenta conscripsit.

B.V.

Sancti